



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Valerii Andreae Desselii Erotemata Ivris Canonici**

**Andreas, Valerius**

**Francofurti & Lipsiae, 1720**

II. De foro competententi.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63277](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63277)

stica agitur. Seculare est, quod coram iudice laico inter personas seculares de causa seculari exercetur. *cap. 2. & inf. tit. pro. cap. 1. & c. licet 10. & c. seq. & Clem. 2. & de offic. jud. delegat. c. causam matrimonii cum sim.*

## II. De foro competentis.

- 1** Jam explicandi sunt actus quoque magis ad judicia pertinentes. Sex sunt in quibus enarrandis sequentes hujus libri tituli continentur. I. Præparatoria iudicii, id est, quæ cumque fiunt ante litem contestatam. II. Principium iudicii, id est, litem contestatam. III. Media, quæ litem contestationi & sententiæ definitivæ sunt interjecta. IV. Finis, id est, sententia, & ejus executio. V. Impedientia jurisdictionem, vel sententiæ executionem.
- 2** VI. Confirmantia. §. Incipiamus a præparatoriis futuri iudicii. Primum præparatorium est vocatio in jus, de qua *D. & C. de ius vocand.* §. Nota primo, reum vocandum esse ad iudicem competentem: qua de re præcipitur hoc titulo, & *D. de iudic. & C. de ius omni iudic. & 13. titulis sequentibus.* §. Nota secundo, sicut jure civili. *C. de ius iudic. l. 2.* ita etiam jure canonico actum sequi forum rei, *cap. cum sit. 8.* §. Nota tertio, clericos habere privilegium ne conveniantur coram iudice laico: cui privilegium renunciare non possunt. *cap. si diligenti. 11.*